1656.

361.

S. P. D. Amplissime Clarissime Vir

Quanquam invidere nullam felicitatis partem cuiquam nedum fratri, debeo; tamen, salva pietate, dolere possem, quod ille solus ita totam apud Te conspectu, colloquio, sed et convivio et cyathis hausit, neq. me recepit in tantæ fortunæ societatem. Itaq. vicissim epistolâ tuâ solus interea fruar, q̃ mihi, ut debuit fuit profecto longè jucundissima. Nam ego ex quo cum optimo socero meo vivere cœpi, adhuc adolescens et per ipsius sermones multos, et per lucubrationes tuas, quas partim vulgatas, partim apud ipsum tum depositas inspexi, Te magno quodam, et qualem paucis exhibendum judicabam, amore cultuq. prosequi certa destinatione statui. Atq. ille adfectus tot per annos integer et recenti similis, quod mirum est, si adspectu interim aut literis Tuis excitatus, et velut infuso oleo flamma crescit. Talis mihi gratulatio Tua visa nuper. Et sanè honorificum mihi duco, ab hoc principe tam et diu, et insolitis conditionibus solicitatum esse. Meruerat enim prioris meæ vocationis auctor, ut nequaquam liberè postea sequi deberem, neq. adeò ullam nisi permissu, imò jussu ejus amplecti. Hic ubi adfuit, quamprimum potui, munus hoc meum auspicatus sum cujus rei fidem facere, quod mitto programma, potest. Filium a. tuum et nuper vidi lubenter et inter auditores meos aspexi aliquoties. cui si gratum facere queam, ita mihi faciant alii, non invisero, quemadmodum ipsi quoq. sum pollicitus. Scripta mea licet revereri tales oculos et propemodum fugere debeant; gaudent nihilominus ex eorum intuitu mutuari lumen, quo cæteris deinceps illustriora videantur. Nec tamen ideò potissimum orationes

istas literis his addidi, sed qa jubendo ad te middi, pq esset editum, simul legem dixisti tibi, ut quod à me venisset, amico ao atq. benevolo acci- pet. Vale dab. Heideb. A. D. VIII Id. Jul. Anno Chriano MDCLVI.

Viro amplisso et clarisso. Dno Balthasari Venatori, fautori et Amico Magno Meisenheimii.

Amplissi. Claritudinis T. Vetq et fidq Cultor J Freinsheimq.

362. Gratiam et pacem à Deo patre et Dño nro Jesu Chro.

Litera tua d: 17 Jan. Casellis data adm: Revd. et Clarisse Vir fr in Chro Dilecte, recte ad manq nostras pervenerut. Intelleximq ex iis et documentis appositis renovationem studii tui et laboris pro concordiae Evangelicae promotione. Intelleximq simul et idem singulari cum gaudio et gratiarū actione erga Deū, non modo tibi et multis ptereà in Angliâ fidelibq Di ministris, academiarū imprimis celeberrimarum Oxoniensis et Cantabrigiensis Theologis aliisq pfessoribq pacis studium cordi esse et pbari, sed ipsi quoq Serenisso et Celsso Dño, Dño Olivario, Angliae Scotiae et Hyberniae Protectori commendatum esse. Magnopere etc. nos affecit laetitiâ, quod negotio huic sancto et laudatissimo, amplissimi Helvetiae Reformatae Magistratq auctoritatem et concursum suum commodare, unanimi declaraoe pmiserint ac Ecclesiarum illarum Theologi scopum illum omnibq modis, ut et Genevenses collaudarint. imò quod has ipsa et plures in superiore Germania adita Ecclesiâ omnes expectationi convenienis dederint responsum. Promittimq hinc nobis optatum successum rei maximè arduae, et Deum sum: